



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

Genet, François

Parisiis, 1703

Q. 1. Quare Ecclesia requirit Patrinos, qui puerum in baptismo suscipient?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40834

102 T R A C T A T U S II.

Ibid. verbo. *Vt intelligat.* præferat indumentum. Tegitur enim post sa-
cram unctionem caput ejus mystico velamine, ut intelligat se diadematate regni & sacerdota-
li dignitate potiri. Quia ut ait Glossa; Quili-
bet fidelis rex debet esse & sacerdos: Rex,
quia se & alios virtutibus regere debet: Sa-
cerdos, quia cor contritum & humiliatum,
quod est vera oblatio, id est, se debet offerre
Deo.

Quæst. 19. Quid significat cereus accensus,
qui traditur baptizato, aut ejus Patrino?

S. Carol. De Ceremon. que präcepto Bap- tis. servantur. Act. p. 4. Resp. Traditur demum, ut ait sanctus Ca-
rolus, baptizato in manum cereus ardens;
quo cereo significantur tres Theologicae virtu-
tes, quæ ipsi in hoc Sacramento infunduntur,
Fides in lumine, Charitas in calore, spes in
cerei recta altitudine, quæ sursum ascendit, ut
spes nostra ad cœlos usque excitetur atque eri-
gatur. Id præterea quod Baptismo nobis fit
communicatio lucis, & depulso tenebrarum:
ob eamque causam Baptismus Sacramentum
illuminationis, & baptizati ii quidem illu-
minati à Patribus dicuntur.

C A P U T VIII.

De suscipientibus, vulgo Patrinis.

Quæst. 1. **Q** UARE Ecclesia requirit Pa-
trinos, qui puerum in Baptis-
mo suscipient?

Cin. Vos ante. De Consecr. dist. 4. Resp. Ut pro puerō fidem profiteantur, ut
ejus nomine promittant, illum fideliter obser-
vaturum, quod promittit. *Vos ante omnia,*
inquit sanctus Augustinus relatus in Canone,
iam mulieres quam viros qui filios in Baptis-
mo suscepistis moneo, ut vos cognoscatis fide-

De Sacram. Baptismi. Cap. VIII. 103

jussores apud Deum extitisse pro illis quos visi
estis de sacro fonte suscipere: ideoque eos ad-
monete, ut castitatem custodiant, justitiam
diligant, charitatem teneant.

Rationem affert Divus Thomas cum ait.
Dicendum quod spiritualis regeneratio qua sit D. Tho. 3. p.
per Baptismum assimilatur quodammodo ge- q. 67. art. 7.
nerationi carnali. In generatione autem car- in corp.
nali parvulus nuper natus indiget nutrice &
pedagogo. Vnde & in spirituali generatione
Baptismi requiritur aliquis qui fungatur vice
nutricis & pedagogi, informando & instruen-
do eum quasi novitium in Fide de his qua per-
tinent ad fidem & vitam Christianam, ad
quod Prelati Ecclesiae vacare non possunt,
circa communem curam populi occupati. Par-
vuli enim & novitii indigent speciali curâ
prater communem: & ideo requiritur quod
aliquis suscipiat baptizatum de sacro fonte
quasi in suam instructionem & tutelam. Et
hoc est quod Dionysius dicit, ult. cap. Eccles.
Hierarch. Divinis nostris ducibus ad mentem
venit (id est Apostolis) & visum est susci-
re infantes secundum istum sanctum modum
quod naturales pueri parentes traderent pse-
rum cuidam docto in divinis pedagogis, & re-
liquum sub ipso puer ageret sicut sub divino
Patre & salvationis sancta susceptore.

**Quest. 2. Quinam admittendi non sunt in
Patrinos, aut susceptores?**

Resp. Ex sancto Carolo, qui ait. Id cura sit s. Carol. Act.
Parochis & reliquis animarum Curatoribus, p. 2. in De-
cretis editis
ut quos Compares ita rudes esse animadver- in 2. Synodo
terint, qui fidei Symbolum, Orationem Domi- Decretu 15.
nicam, & Salutationem Angelicam ignorent,
eos hoc munus obire ne patientur. Est enim ab
omni ratione alienum, ut qui se Deo fidejusso-
res constituunt, ii res illas nesciant, quibus